

# DISSERTATIO CCCCVII.

*De altera Eucharistiae materia, quae est Vinum.  
Qui circa hoc fuerint errores, & quae sit  
Ecclesiae fides? An debeat esse aqua tem-  
peratum? Quo Jure sit hujusmodi  
temperatio? Et quomodo aqua  
in Christi sanguinem  
transmutetur.*



**L**N Dissertatione  
cccciv. loquentes  
de erroribus Hæ-  
reticorum con-  
tra alteram ina-  
dequatam Sacra-  
menti Eucharis-  
tiae materiam,  
quæ est panis,

videtur, quando decernit, ut Armeni  
se cum universo Orbe Christiano confor-  
ment, eorumque Sacerdotes in Calicis  
oblatione paululû aquæ admisceant vino.  
Et denique Cassander in Liturgiis  
cap. 12. refert, quod iidem Armeni,  
adhuc ad præsens, in pristino errore  
perseverant.

Secundo, hunc eundem errorem Scrip-  
tores aliqui tribuunt Græcis; & sunt  
Innocentius III. lib. 4. de Sacrificio  
Missæ cap. 32. Guido Carmelita in  
hæresum Catalago, Alphonfus a Ca-  
stro adversus hæreses, verbo Eucha-  
ristia, hæresi 7. At Scriptores alii Græ-  
cos ab hoc errore defendunt, & hanc  
suam opinionem probant ex Liturgia  
S. Chrysostomi, & ex notis Goarii  
ad illam; pariter ex Theodoro, in  
dialogo I. ex Theophylacto in Joann.  
ex Zonara ad can. 32. Concilii Trul-  
lani, ac demum ex decreto Eugenii  
IV. *In quo legitur Sanctam Romanam  
Ecclesiam, & antiquas omnes, tum La-  
tinorum, tum Græcorum Ecclesias, sem-  
per in sacrificio obtulisse vinum aqua  
temperatum.*

Tertio, Lutherani, & Calviniani antiqui  
voluerunt, mixtionem aquæ cum vi-  
no in Sacrificio Missæ esse figmentum  
humanum contra Christi institutio-  
nem, & pessimam importare signifi-  
cationem. Habetur ex primo scripto  
Lutheri contra Henricum VIII. Angliæ  
Regem, & in formula Missæ pro Ec-  
clesia Wictembergensi, & ex Petro  
Richero Calviniano, qui asserit, hunc  
errorem se a Calvino didicisse. At

loquuti pariter fuimus de erroribus  
Hæreticorum contra hanc aliam ina-  
dequatam ejusdem Sacramenti ma-  
teriam, quæ est Vinum. Modo in  
hac Dissertatione de iisdem erroribus  
iterum fusiori calamo scribentes, eos,  
& eorundem Authores enumeramus.

Primo describuntur Hæretici, qui aquam  
omnia rejiciebant in sacrificio. Hunc  
errorem Patres Concilii Trullani an-  
no 692. Armenis tribuebant can. 32.  
in quo declarant, quod Armeni vi-  
num purum sine aqua offerebant in  
sacra mensa, & quod ipsorum usum,  
& consuetudinem præsumebant exem-  
plo, & autoritate Sancti Joannis  
Chrysostomi confirmare. Nicepho-  
rus lib. 18. hist. cap. 53. asserit, quod  
hic error ex alio errore initium duce-  
bat, scil. quod crederent, in Christo  
non esse duas naturas, divinam scil.,  
& humanam, & propterea vinum cum  
aqua in Calice non miscebant. Non  
fuit extinctus tunc temporis hic error,  
sed quod diù etiam perseveraverit  
indicium habemus ab eo, quod Eu-  
genius IV. in suo Decreto, seu instru-  
ctione anno 1439. in Concilio Floren-  
tino aliquo modo ipsum memorare

*Pars VIII.*